



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Authoritas Imp. & triumphalis honos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

VATICINUM. CAP. XIV.

Vaticina tricem plan tam. Δαφνιφάγαι cur dicit Vates. Quocirca non imperite Aphthonius Laurum vaticinii symbolum esse dicit, quam *μαρτυρίαν Φύην* Dionysius in præceptis de Panegyricis scribendis appellat. Nam quod Vates *Δαφνιφάγαι* vocarentur, non ex eo tantum, quod ille dixerit, *Laurumque momordit*: & Sibylla apud Tibulum, *Sic usque sacras innoxias Lauros recessar, desumptum est, verum etiam ex Sophoclis Candalis*, centis, *δέ Φύλων Φαγόντων περίστη σπουδαία*, Eodem modo Lycophron, *δέ Φύλων Φαγόντων πολεοδοτία λαυρών οπα*. Porro Daphnem puellam, tit Plutarchus scribit in Agide, Pasiphaes nomine Spartai coluerunt, quæ oracula, ut ajunt, certissima sit dare solita.

CUSTODIA. CAP. XV.

Numi cum Lauro ci- vica. PRO custodia vero Laurum ponit, & incolumitatis esse symbolum ex Proculo didicimus, qui veteres pait Laurum tutelæ consecrassæ, & in sacrificiis, & in locis ubicumque vel sata, vel affixa fuerit incolumitatem præbere; cuius rei non ignarus Ovidius, tutelæ hujus ergo illud de Lauro dixit: *M. diamque tuebere querum, quodita mihi libet interpretari, ut ad civica coronæ fospitamentum & tutelam statueretur: id quod ex numis quibusdam intellexi, in quibus civica posita est, quam duo Laurei rami circumplectuntur, non ipsi in coronam deducti, sed ad osculum quodammodo adcurvati. Literæ O. CIVES SERVATOS. Duo hujusmodi sunt apud me, in quorum uno literæ circumduæ, C. GALLIUS. C. F. LUPERCUS III. VII. AAA. FF. In altero, L. NEVIUS SURDINUS. III. VIR. AAA. FF. Quid vero sibi velint elementa illa, quippe a triplex, & f geminum, si quis quæsierit, sciat id significare, Auro, Argento, Ære, Faciendo. Inveniuntur vero & in Augusti numis, & alibi. Eadem vero specie civicam eam fuisse crediderim, quam Augusti foribus affixam Ovidius scribit, quamvis nonnulli arbores ipsas satas putant, quia ita scriptum à Poeta sit:*

Poëtibus Augustis eadem fidissima custos

Ante fores statis, mediamque tuebere querum.

Idem sibi vult numus argenteus, in quo duo Lauri surculi cum radicibus, in quorum medio erecta est columna Jonica, supra cuius capitulum carchesium est, in medio parma affixa, cum literis s. c. Nam ab utraque columna parte in albo singulatim. Literæ x. x. adscriptæ. Altera inscriptio est, Divus Augustus VESPASIANUS, quod apotheosis ipsam sapit. Sed ex his satis superque est ostensum,

Ideoq. A. 3. Σταύρος δι. Sueton. in Tiberio cap. 39. Suetonius in Augusto. s. 90. Laurum pro custodia & tutela ponit, & eorum, quæ perpetuo fospitari, conservari, ac vivere voluntus signum, accedit & illud ad fospitamentum: quod ejus arboris folia fulmen non icit: eaque de causa Tiberius, cum fulmina coruscationesq; supra modum expavesceret, ecclio turbido Lauream sibi solitus est imponere, non secus ac eadem de causa Augustus ex Vituli marini pelle cingulum gestare.

POETICA VIS. CAP. XVI.

*Quæ quidem perennitatis aut diuturni temporis vita cum à nullo magis, quam à Poëtis ipsis ex- petatur, merito Laurus una cum hedera, cuius circa vetustatem opus omne, Poëtis dedicata sunt: aliorum enim scriptorum authoribus non tam fama quam utilitas etiam quæsita, sola Poëtis gloria, & victori nominis cupiditas insita est, nec, ut eleganter & vere dixit Ovidius, *petitur facies nisi tantum fama Poëtis*. Quod vero datum sibi Laureum sceptrum à Musis canit Hesiodus, labore & diligentiam scribentis indicat, propterea quod veluti sunt amara Lauri folia: ita virtutis fudor, vel ipso eodem teste, laboriosus. Unde chartas Cornelii laboriosas Catullus pro magna laude celebrat. Nam cum Hesiodus pauperibus fuerit parentibus genitus, virisimile est eum non sine magna difficultate proficere potuisse. Ita enim Zezes, quod Musæ novem eum Lauro coronarint, labores & amaritudinem ejus in doctrina comparanda commonistrat.*

AUTHORITAS IMPERATORIA ET TRIUMPHALIS HONOS.

CAP. XVII.

*E*sse vero Laurum insigne triumphantium, non ex eo tantum quod apud Ovidium legitur,

Tu ducibus letis aderis, cum lata triumphum

Vox canet, & longas visent capitolia pompas:

quantum ex multis veterum monumentis innoteſcit. Illud quoq; ſatis conſtat, Imperatores triu-
phil Lauream ad Jovem Capitolinum ferre ſolitos, atque eam in ejus gremio relinquere. Laureata
vero Imperatorum capita in numis paſſim habentur. Atque hic non incongruum fuerit ea, qua de
Laureto, unde triumphaturi Laureas ſibi decerpere conſverant, memorie prodiſtunt, repeteſt.
Liviam quippe olim poſt Auguſti ſtatiſ nuptias Vejentanum ſuum revisiſſe, ibique tum illi Gallinam *Laureatam*.
albam, qua ramulum Lauri roſtro tenebat, à prætervolante Aquila, qua illam rapuerat, in gremiu-
m demiffam, cumque nutriſ alitem, pangue ramulum placuſlet, tantam pullorum ſobolem. *Suetonius in Auguſto*
proveniſſe, ut Tranquillus ad ſua uſque tempora villam eam, *Ad Gallinas*, vocitatum atteſtetur. c. 94.
Tale vero Lauretum fuit, ut triumphaturi Cæſares inde Laureas boni omnis gratia decerpereſt. *Sueton. in Jul. Caſare*
Fuitque mors triumphabitibus, alias confeſtim eodem loco pangere. Adeo vero Laurus trium *c. 81.*
phantum propria fuſſe videtur, ut obſervatum ſit in huiuſmodi Laureto ſub cuiuſque obitum ar- *Sueton. i. 8*
borem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe. Ex quo etiam prodigii cauſam intelligas, quod Julii Cæſaris *Gall. a. c. 2.*
cedem premonſtravit, cum pridie Idus Martias avis Regaliolus cum Laureo ramulo Pompejanu- *Laurus alexandri*
Curia ſeſe inferens, à vari generis volucribus ex proximo nemore perſequentiſ ibidem diſcerpta
eſt. Noviſſimo vero Neronis anno, in quo Cæſarum progenies defecit, ſylva illa Vejentana radici- *Severo por- tentosa, ho-*
tus omnis exaruit, & quicquid ibi Gallinarum erat, interiit. Tali portento fuit Alexando Severo *ni omnis Pompejo.*
Laurus alia ingens & antiqua, qua in palatio cuiuſdam civitatis, à qua proficiſcebat, ad bellum *Pompejo.*
quod contra Germanos paraverat, ſubito collapſa, mortis itidem ejus indicium habita. Contra non
temere boni omnis Lauri folia, qua circa Pompeji fasces illigata fuerant, cum longo itinere per ari-
da & inculta loca jam exaruiſſent, eo tempore quo in vico quodam Galatia cum Lucullo in collo-
quium defendit, detraſta, & à Lucullianis liſtorib⁹ recentia & viridia, qua penes eos plurima
erant, liberaliter ſuſcepta: quod ſummam gloriae rerum à Lucullo geſtarum ad Pompejum transi-
turum interpretatum eſt, ut paulo poſt ſubſecutum. Et Romæ lamentabunda Luculli vox audita,
Pompejus res meas in Afia geſtas elevavit.

PURGAMENTUM. CAP. XVIII.

Sextus ait Laureatos milites currum triumphantis ſequi ſolitos, ut quaſi purgati à cæde humana
intraret urbem. proindeque ſuſtionibus omnibus Lauri adhiberi folitam fuſſe, vel quod
medicamentum ſicciflamma ſit, vel quod omni tempore vireat, boni omnis cauſa perpetua Reipublicæ
viuiditas hinc optabatur.

VICTORIA. CAP. XIX.

Quantum ad aruſpicinam pertinet, Laurus victoriā aliquando premonſtravit, ut ea qua in *Alexandri*
domo Alexandri Seveři jam infantili nata juxta Perficum arborem, intra unum annum Perſi- *Severi Lau-*
cum ipſam incremento mirabiliter ſuperavit: unde Aruſpices futurum praedixerunt, ut puer is olim Per- *russ.*
fas evineceret, quod eventu poſtea comprobatum eſt: ſub eo enim primo Perſa servi apud Roma-
nos fuere. Quare apud Virgilium ex ea deſumptum doctrina legas de victore: *Virg. ad velat tem- Aen. lib. 5.*
per Lauro. Notum illud eſt, ſolitos eſt Imperatores Romanos, re bene geſta literas Lauro revi-
tas mittere, victoriarum & laetitia nuncios, qua Laureata dicebantur, quod in Epiftolis ad Atticum
& aliib⁹ habetur. Hinc Ovidius:

*Non ego viſtrices Lauro redimere tabellas,
Nec Veneris medis ponere in ade morer.*

Apud Marcellium, ubi de vanitate Conſtantii loquitur, ſuorū ducum victorias ſibi adſcenſentis,
Laureatas literas miſſitatas inuenies. Quare Plinius xv. Laurus Romanis præcipue laetitia victoria-
rumque nuncia, additur literis, & militum lanceis, pilisque. Unde legere eſt in Pompeji geſtis, cum
iſ in Arcadia equeſtre certamen ageret, ludi gratia, adveniſſe tabellarios ex Ponto, geſtantes jacu-
lorum cuſpides Lauro coronatas: ex quo laeta nunciare ante quam literas redderent cogniti ſunt.

Mithri-

LIII 3